



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Victor & Corona M. S. Bonifacius S. Pacomius Abb. [1]4. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Victor & Corona M. S. Bonifacius
S. Pacomius Abb. .4. Mai.



Conuersatio Bona.

Homo nō ex eo quod vivat, sed quōd
bene vivat Deo placet. Chrysol.

SS. Tui Dne Victor & Corona (S.
Bonifacius & Pacomius) sua nos inter-
cessione largificent, & pia faciant so-
lemnitate gaudere. Per D. N. Iesum
Chr. &c.

Ora pro iuventute &c

1. SS. Victor & Corona MM. Feltriæ
in Italia præcipue coluntur. Victor
Damasci ob Christiani nominis con-
fessionem in iudicium tractus, venena-
tis carnibus & facibus &c. cruciatibus
superatis, suspendio triduo, excoria-
tione & gladio enectus est, qua spe-
ctaculi cōstantia Mulier Stephana seu
Corona accessit ad confessionē & in-
ter palmas arbores discerpta est, sub
Antonino Imp.

2. S. Bonifacius M. sub Diocletiano
& Maximiano Imp. apud Tarsū Cili-
ciæ passus est Romam deinde relatus,
ab Aglae amica pænitente exceptus,
ab ea via Latina sepultus est.

3. S. Pacomius nondum Christianus
dæmonibus fuit terrori, deinde con-
uersus ad eminentissimum gradum
Collineauit, monasteria & rationem
viuendi ex Angeli monitu dicta-
uit.